



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVII. Romana fideicommissi de Pontianis. De eadem materia, An scilicèt in fideicommisso ordinato pro filiis & descendentibus masculis, veniant solum masculi immediati ex foemina agnata.



Et puella providenda erant de dote, ex praecepto restatoris constanda ex fructibus, qui ita dicta suspensione durante bene cumulari poterant, ut alibi etiam in proposito hujus effectus ex hujusmodi suspensione resultantis advertitur.

## ROMANA.

### FIDEICOMMISSI DE PONTIANIS

S E V

MAGDALENIS

I N T E R

SORORES DE MAGDALENIS,  
earumque respectivè filios.

*Discursus pro veritate ad parandam  
concordiam.*

De eadem materia, An scilicet in fideicommissis ordinatis pro filiis & descendantibus masculis veniant solum masculi agnati & per masculum, vel etiam cognati per feminam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Falsi series.*
- 2 *De ratione, ob quam credendum non est consulentibus, & in fine.*
- 3 *Quis esset punctus controversia.*
- 4 *De regula, quod sub nomine descendantium masculorum veniant omnes, etiam cognati per feminam, & de limitationibus remissivè.*
- 5 *Quod in fideicommissis ordinatis per feminam non intrat contemplatio agnationis, & quando etiam isto casu intrat.*
- 6 *Præceptum renovandi familiam est magnum argumentum contemplatæ agnationis, & e contra illius omisso eam excludit.*
- 7 *Verba per directam lineam, an importent restrictionem ad lineam masculinam, & masculos per masculum.*
- 8 *De propositione, quod deferendum est doctrinis specialibus.*
- 9 *De quibus doctrinis, seu auctoritatibus habenda sit ratio, & de quibus non, præsertim de consulentibus, & num. fin.*
- 10 *Examinatur auctoritas Menoch. super concl. de qua num. 7.*
- 11 *Non est deferendum Doctoribus se fundantibus in doctrinis non facientibus ad rem.*
- 12 *De intellectu verborum, de quibus supra num. 7.*
- 13 *Masculi agnati vocati censentur prælative ad cognatos, sed non taxativè.*
- 14 *Expenditur argumentum discretivè.*
- 15 *Qua regula dari valeat in hac materia conjecturali.*
- 16 *Quomodo mediator se gerere debeat.*
- 17 *De suspecta auctoritate consulentium, de qua num. 9.*

D I S C. XXVII.

**V** Annotia de Pontianis unicam habens filiam Baptistam, quæ duos habuerat viros, unum de Magdalenis, ex quo duos habebat filios, Petrum & Julianum, & secundum de Crescentiis, ex quo

pariter duos habebat filios, Joannem Baptistam masculum & Panthasileam feminam, instituta hærede dicta Baptista filia, eidem substituit dictos tres ex ea nepotes masculos, cum fideicommissis perpetuo & reciproco inter cujuslibet filios & descendentes masculos respectivè, ac etiam de linea ad lineam; Omnibus autem masculis per directam lineam deficientibus, vocavit filias feminas ex eis per directam lineam descendentes, & istis deficientibus sine filiis, vocavit alias feminas proximiores, quibus omnibus masculis & feminis deficientibus, vocavit filias feminas dictæ Baptistæ, earumque filios & filias in infinitum, eandemque substitutionem cum modica diveritate ordinavit in quibusdam legatis, quæ fecit præfatis Petro, Juliano, & Joanni Baptistæ ex dicta filia respectivè nepotibus; Cumque Petrus obiisset sine prole, ut etiam obiit Fabius dicti Joannis Baptistæ filius, unde omnia dicta testatrix bona cadentia sub hereditate & legatis in vim dictæ reciproca consolidata fuerunt in dicto Juliano de Magdalenis, istius linea masculina nuper defecta in Pompeo ejus nepote ex Julio filio, ex quo fuerunt superstites quatuor filia femine, quorum duæ respectivè nuptæ Capranicæ & Maximo, habebant filios masculos, alia vero duæ nuptæ Roccio & Riccio, vel in totum, vel respectivè prole masculina carebant; Hinc orta est extrajudicialis controversia, An defecta linea masculina, dicta bona effecta essent libera in dicto Pompeo ultimo, unde propterea aequaliter spectarent ad dictas quatuor filias aequè hæredes. Vel potius fideicommissum adhuc duraret in filiis & descendantibus masculis, quamvis cognatis per feminas, itaut Capranicæ & Maximi duarum filii, matres ac materas excluderent; Cum autem ego essem omnium contendendum, earumque patris Advocatus, & aequè benevolus, Idcirco pro neutra partium Advocati partes assumere volui, sed bene illas mediatoris, & amicabile compositoris, Et quoniam earum respectivè Advocati, juxta frequentiore usum responsa ad requirentium favorem dederunt, unde quilibet credebatur esse in tuto, (& ob quam rationem, ut alias frequens est mea dicendi consuetudo, nunquam animum vel intellectum captivare potui ad deferendum Consulenti auctoritati) idcirco ut honestam concordiam pararem, discursum eisdem exitivum difficultatum hinc inde urgentium, ut ita agnoscentibus partibus, cujuslibet respectivè jura esse in ambiguo, effugerent in certam litis aleam, atque ad concordiam devenirent cum honesto temperamento.

Punctus igitur controversiæ in eo consistebat, an sub nomine filiorum & descendantium masculorum, ad quorum favorem dictæ substitutiones erant ordinatæ, venirent solum masculi agnati, & de linea masculina primò vocatorum, vel etiam cognati, & de linea feminina; Si enim substitutio restricta esset juxta primam partem ad solos agnatos, ita resultabat fideicommissi expiratio, ac bonorum libertas, secus autem e converso; In hoc autem, etiam scribentes pro feminis prætendentibus expirationem fideicommissi, admittebant pro regula magis communiter receptam opinionem, quæ vulgò tribuitur *Fulgos. conf. 8.* ut sub nomine masculorum veniant omnes tam agnati quam cognati spectato solo sexu, potissimè dum agebatur de fideicommissis activè feminino, utpotè ordinato per feminam, qualis est casus præcisus, de quo agit *Fulgos. de conf. 85.* Insistebant verò in limitationibus dictæ regulæ

eLUCA  
de  
amentis  
beat  
CVI  
9



regulæ ex communicō consentu tradi solitis, quarum prima est, ubi contemplata est agnatio, & altera ubi de diversa testatoris voluntate etiam tacita & conjecturata constaret, ex deductis *supra tribus discussibus precedentibus*.

Supra prima limitatione nullum fundamentum constitui poterat, cum nulla concurreret conjectura, quæ agnationis contemplationem induceret, atque in contrarium urgeret circumstantia ejus exclusiva, dum agebatur de fideicommissio ordinato per feminam cum masculis cognatis, & de aliena familia. Potissimè vero & quodammodo extra principium dubitandi, quia non agebatur de dispositione facta per feminam cum propriis filiis masculis, sive cum nepotibus ex eis, unde cadere posset consideratio, de qua in *precedentibus*, ac etiam *supra discurs. 11.* quod femina, ex usu præsertim Italiæ, de facto transeunt in familiam viro- rum, istam diligunt, ac propriam reputant magis quam suam originariam & naturalem, dum agebatur de dispositione ordinata cum nepotibus ex filia, & sic omnino extraneis ab agnatione & familia sui viri, ideoque omninò planum videbatur primam limitationem non intrare; Illius etiam exclusione accedente, quod processerat deinde testatrix ad vocationem feminarum earumque filiorum in genere absque aliqua discretionem sexus masculini vel feminini, & absque onere fictæ seu artificialiter defectam agnationem renovandi, quod magnum reputari solet contemplatæ agnationis argumentum, ex plene cumulatis per *Rotam in Bonon. fideicommissi de Barberis coram Corrado dec. 95. par. 11. rec. repet. post Consul. ad Peregr. dec. 17.* & habetur frequens in *precedentibus* & *sequentibus*.

Restringebatur ergo difficultas ad alteram limitationem voluntatis testatricis, quam scribentes pro feminis contententibus de dicta restrictione ad solos masculos agnatos, recte probari dicebant ex illis verbis *per directam lineam*, quasi quod talia verba idem denotarent, ac per lineam masculinam, quæ excludit mixturam feminarum, id firmando cum speciali auctoritate *Menoch. conf. 326. num. 83.* cum quo pertranseunt *Fusar. quest. 346. num. 7.* & *Barbos. de appellat. verbor. inter tract. varios appellat. 135. num. 14.*

Quamvis autem dictæ autoritates, juxta currentem usum, magnam vim facere viderentur, stante quod e converso nulla dabatur specialis auctoritas, unde propterea inferebatur ad consuetas pragmaticorum inspiduras, quod doctrinæ speciales non habentes contradictorem attendi debeant tanquam casus legis, quodque plus valeat una doctrina, quam centum ratiocinia; Attamen reflectendo ad veritatem, hoc motivum mihi videbatur parum tutum, utpotè nulli probabili fundamento innixum, cum verbum *linea directa*, bene sit exclusivum lineæ inflexæ seu transversæ, cui illud non convenit; Non tamen exinde resultat, quod operetur restrictionem ad lineam masculinam, cum id nullibi in jure cautum videatur, nam etiam descendens & per feminas dicuntur descendere à primo stipite directè non autem per transversum, dum quilibet duas constituere dicitur lineas, Unam masculinam ex filiis masculis, alteram femininam ex filiabus feminis, Ergo etiam descendentes per istas dicuntur de linea primi stipitis, & sic istud motivum solum, & de per se nullius momenti videbatur, quamvis tamen esset considerabile junctum cum altero de quo infra.

Ex dictis verò auctoritatibus, nulla videtur ha-

benda ratio de illa *Fusari*, & *Barbosa* cum similibus plices collectores, seu relatores *Menochii* articulo non examinautes, neque proprium judicium deper interponentes, unde hujusmodi Doctrinæ rectè congruere videtur id quod in jure habetur de testibus nullam scientiam propriæ causam agnatis, sed deponentibus de auditu ab illis, quia etiam essent centum non valeret plures, ille unus, quo convicto de errore, vel mendacii habendi sunt ac si non essent, ideoque dicta dispositio super auctoritatibus & doctrinis punctatim procedit, quando illæ sunt bene fundatæ in principiis & rationibus juris, ut bene advertitur præsertim per *Cyriacum contrav. 50. num. 3. cum sequentibus* in specie de illis *Consulentiis Franc. de. 1. num. 5. & 6.* cum quo, respondendo ad quædam specialem doctrinam consulentiis pertrahitur in *Leuden census 21. Junii 1666. in fine coram T. de. prius de non deferendo consulentiis non bene dantibus eorum dictum habetur de. 438. num. seq. par. 9. rec. & in aliis.*

*Menoch*, autem loco citato, inferendo, ut consulentiis, causæ opportunitati, immitteretur auctoritati *Loffredi conf. 39. num. 14.* quæ in suo casu non bene applicatur, Tum quia ibi concurrebat adjectum masculinum, quod operatur restrictionem ad solos masculos per masculum, ut advertitur infra in *Bonon. de Barberis*, & in altera *Bonon. de. 1. disc. 29. & 31.* Tum etiam quia *Loffredus* ibi agit de terminis *textus in l. 1. & l. immunitas ff. de mun. nemini concedenda*, qui termini, ut advertitur in *Placentina disc. 24.* sunt nimium diversi, cumque de concessione exemptionis à publicis oneribus, quæ reputatur odiosa & præjudicialis tam ipsi concedenti, quam reliquo populo ac Reipublicæ, eoque satis strictè intelligenda est, neque bene uno casu ad alterum arguitur; Doctores autem fundanti in doctrinis ad rem non facientes, esse deferendum constat ex eodem *Menoch. conf. num. 18. Gabr. conf. 100. nu. 48. lib. 2. & ex aliis.*

Clarius verò in hac facti specie, quod testatrix eundem terminum *linea directæ* adhibuit in favore per directam lineam descendentibus, quæ vocat quàm reliquas feminas, cum tamen in ordine ad ipsam testatricem sint descendentes. Unde ad evidentiam liquet ipsam respicientem personam gravati pro tempore deficientis, adhibuisse in utroque sexu istum terminum, pro evadendis illis, quæ respectu dicti morientis sunt transversales, & de linea inversa, ne concurrens præterire possent cum descendentibus, quibus discretivè talis terminus conveniret, & sic ad determinandum successionis ordinem, unde proponitur istud motivum, in quo magnum constituitur fundamentum, pro meo judicio videbatur bene.

Parum solidum quoque videbatur alterum fundamentum, quod testatrix vocasset in stirpes ad portionem, in qua successisset proprius patris, quoniam hæc dispositio restricta erat ad filios primi gradus, ut uno præmoriante, ejus filii ex officio representationis non excluderentur, in quo tamen terminis, & quatenus ad normam hæc Urbis (cum quo præsumptio est testatorem hæc formasse) adessent masculi per masculum, quatenus extantibus feminæ, vel earum filii concurrens ascendere non possunt, & sic agnati ex masculis ad juxta ordinem statuti prius vocati sunt, ad præmoriante masculos cognatos, non autem taxativè, taxativè defunctis fideicommissum expiit, seu ad alteros riores substitutos transitum faciat, ut advertitur



## P A R M E N .

F I D E I C O M M I S S I  
D E G A R Z I I S

P R O

M A R C H I O N I S S I S B A R B A R A  
E T S O R O R I B U S D E  
S C U F F O N I S .

C V M

M A R C H I O N I B U S J O A N N E P A U L O  
E T A L I I S D E L U P I S .*Casus disputatus in Consilio Parmen.*

De eadem materia concursus plurium masculorum ad fideicommissum masculinum, An sub nomine masculorum, quatenus certum sit testatorem sentivisse etiam de masculis cognatis per feminam, veniant solum masculi immediate procreati ex femina agnata, & sic per unum medium femininum, vel etiam omnes, etiam per duplex medium femininum; Et an hæc differentia sit considerabilis, necne.

## S Y M M A R I V M .

- 1 **F**acti series.  
*De questione, an sub nomine filiorum & descendendum masculorum veniant etiam cognati, de utraque opinione.*
- 2 *Quando cadat ista questio.*
- 3 *Quod illa extranea sit à casu controversia, & qualis sit ejus casus.*
- 4 *Vocatus masculus cognatus per feminam veniunt omnes per unum vel duplex medium femininum, & de ratione.*
- 5 *Fallit ex contraria etiam conjecturata voluntate testatoris.*
- 6 *Vna ex conjecturis est contemplatio agnationis.*
- 7 *De ratione cui dicta conjectura innixa est, & an hæc sola conjectura sufficiat.*
- 8 *Quando nepotes & ultteriores descendentes veniant sub vocatione filiorum immediatorum.*
- 9 *Altera conjectura est ubi vocatur linea masculina, qua non admittit mixturam femininarum & cognatorum, & de ratione.*
- 10 *Referuntur volentes verbum lineæ capi pro sexu, & rejiciuntur seu declarantur.*
- 11 *De alio adminiculo.*
- 12 *Non curantur absurda, & inverisimilitudines, quando agitur de extensione, secus si de interpretatione.*
- 13 *De differentia inter casum expirationis, vel ultterioris progressus fideicommissi.*
- 14 *De suspensione fideicommissi donec durat spes, vel potentia generis pradilecti.*

## D I S C . XXVIII.

**M**Arcus de Garziis prole masculina constitutus, habens solum Catharinam neptem ex Felice filia, nuptam viro de familia Cavalca, hæredem instituit Joannem dictæ Catharinæ filium primogenitum, cum fideicommissio perpetuo, descendivo, & reciproco ad favorem ejus filiorum & descendendum prius legi.

supra disc. 25. & sub. tit. de Praeeminentiâ disc. 13. quod scilicet aliud est cognatos non posse prætere concurre cum agnatis, aliud verò est eos esse infucessibiles, ac extra genus masculorum.

Alicujus non levis considerationis videbatur conjectura resultans ex alia dispositionis parte, in qua testatrix considerando omnes masculos defetos esse, eosque non extare, vocat feminas ex eis descendentes, quas præsupponit habiles ad procreationem filiorum tam masculorum, quam femininarum, dum eos generaliter, & in genere masculino posuit in conditione, & consequenter ex Statuto Urbis, tunc etiam militante, eos vocavit Ergo præsupponit masculos cognatos, post defectum genus masculorum prius vocatorum, quod proinde præsupponendum est diversum ex argumento discretivæ, de quo supra in Romana primogenitura de Babalo d. disc. 25. Verum & ista conjectura dici poterat æquivoca utpote referibilis ad tempus, in quo solæ femina in rerum natura existere, nullus autem masculus, ne scilicet ob futuram possibilem existentiam masculorum interim successio remaneret in suspenso, sed effectum fortiretur in feminis, cadente solum questione, de qua supra disc. 11. an masculi postea procreati illas excluderent necne.

Quamvis autem dictæ ac aliæ conjecturæ, quæ ponderabantur pro limitatione regulæ, seu restrictione ad solos masculos per masculum ita singulariter ac distincte consideratæ suas recipere possent limitationes, Atamen in simul junctæ reputari poterant alicujus momenti, neque dicebam in hoc dari posse certam & determinatam regulam, quoniam conjecturarum pondus seu efficacia residet in iudicis arbitrio, quod ob ingeniorum varietatem adeo varium & incertum quotidie experimur; Et potissimè advertebam magni momenti reputari posse primam conjecturam, quamvis pro meo iudicio levem, resultantem à dictis verbis per directam lineam, quatenus causâ incidere in eos iudices, qui soliliter innotentes, ad aliud non advertunt, nisi quod Doctor dicat, discurrendo solum si dicit, vel non dicit.

Hæc discurrebam ad ostendendum punctum esse pro utraque parte probabiliter dubium, atque honesta compositione dignum, ut scilicet omnium fororum donec viverent æqualis esset conditio, eis autem morientibus absque filiis, bona potius ad filios aliarum, quam ad extraneos hæredes transigum facerent, meum tamen iudicium desuper non efformando, neque interponendo, cum ita exigere illa mediatoris, ac amicabilis compositionis partes, quas gerebam, admonendo utramque de benevola fallacia Consulentium respectivè, juxta communem frequentiore usum, exaggerantium parum bonum jus cuiuslibet; Unde propterea ut supra insinuavi, satis cautè procedendum est in deferendo auctoritati Consiliorum, quando ista publicæ luci proferuntur eodem modo, quo tunc in calore controversiæ ventis data sunt; Et quamvis pleraque non sint ad causæ defensionem coram iudice, sed in forma discursiva pro veritate, adhuc tamen requirentis affectio seu futuræ litis sperarum lucrum quandoque intellectum fascinare solet; Et utinam ista lucris spes non fascineret etiam quandoque voluntatem, quod tamen in Curia, vel nunquam vel rarè contingit, quia revera magna est, nimiumque classicorum Curialium integritas ac libertas ingenue insinuandi veritatem & causæ difficultates.

e LUCA  
de  
amentis  
beat.  
CVI  
9